

## IN OCTAVA S. THOMÆ DE AQUINO.

SOLEMNE.

## AD I. VESPERAS.

Capitulum, Hymnus, V., Antiphona ad Magnificat et  
Oratio ut ad j. Vesperas Festi.

## AD II. VESPERAS.

Omnia ut ad ij. Vesperas Festi, servato modo diei  
Octavæ Solemnis.

DIE VIII. MARTII.

## S. JOANNIS DE DEO CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beátum Joánnem, tuo amóre succénum,  
inter flamas innóxium incédere fecísti ⁊ et per eum  
Ecclésiam tuam nova prole fecundásti : præsta, ípsius  
suffragántibus méritis, ut igne caritátis tuæ vícia nostra  
curéntur ⁊ et remédia nobis ætéerna provéniant : Per.

DIE IX. MARTII.

## S. FRANCISCÆ VIDUÆ ROMANÆ.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beátam Francíscam fámulam tuam, inter  
cétera grátiae tuæ dona, familiári Ángeli consuetudine  
decorásti : concéde, quæsumus, ut intercessiónis ejus auxí-  
lio ⁊ Angelórum consórtium cónsequi mereámur : Per.

DIE X. MARTII.

## B. PETRI DE JEREMIA CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui, beáti Petri Confessóris tui prémibus et horta-  
méntis, errántes in viam justítiae misericórditer red-  
íre fecísti : diláta, quæsumus, illíus intercessióne corda  
nostra ⁊ ut sémitam mandatórum tuórum semper currá-  
mus : Per.